

1983

/ Admodum R/de Pater. Rogavit me Isaac Paliotta Graecus,
ut commendarem eum literis meis Sereniss/o Duci Bavariae Gul-
lielmo. Id ego non sum ausus cum notus mihi non sit iste Mona-
chus Graecus. Adiecit, ut commendarem illum saltem R.V. quam di-
5 cit esse valde familiarem Duci Sereniss/o. Hoc negare non potui.
Itaque commendo illum charitati vestrae, à quo intelliget, quid
cupiat. Ego hoc solum novi, illum emisisse in S/to Officio profes-
sionem fidei, ut facere solent qui Romam veniunt à schismate
Graecorum. Hac oblata occasione saluto peramanter R.V. et me san-
10 ctis eius precibus diligenter commendo. Romae, die 19. Martii
1618.

R.V.

frater, et servus in Christo

Robertus Card/lis Bellarminus.

15 P'ri Matthae Radero Soc/is Jesu. Monachium

Admodum Rev/do P'ri P'ri Mattheo Radero Sacerdoti Societatis J.

Monachium

(cachet)